



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 65. Alectensis literæ ad Innocentium XI. Papam & Ludovicum Franciæ
Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. „pistis, una etiam recordatos vos esse
 A. C. 1677. „quanta mihi incumberet necessitas,
 „jura libertatesque Ecclesiæ meæ, ac
 „dignitatem Episcopalem, quæ in hac
 „caussa æque periclitantur, impigre
 „tuendi. Id ego conatus sum efficere
 „constitutione, quam hisce meis anne
 „xam legetis, & ex qua facile colli
 „gere licebit, non unius tantum, sed
 „communem, omniumque hujus Pro
 „vinciæ Ecclesiarum causam, ac peri
 „culum verti. Vos ergo, uti spero
 „nec partibus Vestris defuturi estis, ne
 „omittetis in Vestris quisque Diocesi
 „bus ea omnia curare, quæ huic senten
 „tiæ remorandæ, ejusque effectui su
 „spendendo necessaria fuerint. Tan
 „tum id agite, ut sociatis junctisque
 „viribus communem causam amplexi
 „mini, Vosque Dignitatem Authorita
 „temque nostram oppugnantibus facer
 „dotali libertate occuratis, & quod
 „hactenus nimia forte indulgentia per
 „catum est, pari zelo, oblataque co
 „nitione obliteretis.,,

§. LXV.

*Aledensis literæ ad Innocentium XI
 Papam & Ludovicum Franciæ
 Regem.*

Cum Aleſtensis Episcopus vitæ suæ Sæc. XVII. A. C. 1677.
 finem appropinquare præsentisce-
 ret, suæ famæ, honori ac saluti con-
 sulturus, de impacta Jansenismi calum-
 nia, sese coram summo Pontifice pur-
 gare decreverat: Hanc ergo in rem die
 vigesima quinta Octobris sequentes ad
 eundem dedit literas: In hac confectæ
 „ætatis & affectionis paralyticæ fini-
 „stram corporis partem occupantis in-
 „valescente ægitudine, arctissimam
 „meam cum Apostolica Sede commu-
 „nionem, & singularem erga Pontifi-
 „catum Sanctitatis Vestræ Reverentiam
 „& devotionem hoc monimento testa-
 „tam volui: simul & extrema Eccle-
 „siæ mihi commissæ amoris officia ex-
 „hibere satagens ad Authoritatem &
 „tutelam Vestram, qua maxime modo
 „indigeo, confugio. Nativam illius &
 „perpetuam Regaliæ jure immunitatem,
 „quæ illi cum tota Provincia Ecelesia-
 „stica Narbonensi & aliis quibusdam
 „communis est, juxta Concilii gene-
 „ralis Lugdanensis constitutionem pro
 „parte mea hucusque tuitus sum. At
 „eam novo & insolito Regaliæ juri post
 „discessum meum jam instantem peni-
 „tus subjectum iri prospicio, nisi in-
 „tercessione summæ Vestræ Authorita-
 „tis apud Christianissimum Regem ab
 „ejusmodi jugo vindicetur. Quare hoc

N 5

„unum

Sæc. XVII. „unum restat Beatissime Pater, ut ipse
 A.C. 1677. „in eadem libertate & immunitate
 „cum qua quadraginta abhinc anni
 „eam suscepi, Beatitudini Vestræ
 „stodiendam commendem. Est &
 „aliud grave mihi Beatissime Pater
 „quippe quod meæ cum Apostolica
 „communione umbram aliquam offe-
 „dere videatur, Censura scilicet a Ro-
 „manis inquisitoribus Rituali libro, quæ
 „a me ad usum nostræ Diæcesis edita
 „est, iniusta. Libri illius a plurimis
 „ceteris fratribus coepiscopis solemniter
 „probatione laudati, novum examina-
 „subire non detrecto, imo peropto:
 „modo Sanctitas Vestra per se pro
 „benignitate oculos, & animum ad-
 „vertere dignata fuerit. Quidquid
 „eo emendandum pro sua sapientia
 „duxerit, hoc pro Reverentia mea
 „commendandum duco. Ac pristinum
 „inquisitorum iudicium acerbum nimis
 „& iniuriosum eo magis deprecor, quod
 „pleraque Ethicæ Christianæ dogmata
 „tanquam sub generali Ritualis nostri
 „censura damnata, a viris illusoribus
 „qui supra populum, juxta prophetam
 „dominantur, passim traduci doleam.
 „Hanc labem a me, hanc a sanctissimis
 „dogmatibus fraudem & calumniam
 „ut amoliatur Sanctitas Vestra, ultimum
 „obsecro, & supplico. Itaque
 „voto

Vid. supra
 l. 205. p. 292.

„votorum tum hujus, tum superioris Sæc. XVII.

„Epistolæ summa in sinu Sanctitatis A. C. 1677.

„Vestræ reposita, mortem exspecto,

„Apostolica Vestra benedictione jam

„mihi concessa munitus, & necessario

„maxime precum Vestrarum præsidio

„apud summum judicem adjuvandus.,

Eadem quoque die idem Episcopus

offensam, si quam irrogasset, deprecaturus hanc ad Ludovicum Regem epistolam perscripsit; „Mihi ultima vitæ

„meæ momenta numeranti, & quid faciendum super sit, ut Divino tribunali

„securus sistar, animo repetenti, occurrat illa Christi Domini Nostri sententia, qua jubemur: *priusquam Sacrificium ad altare offeramus, fratri nostro, qui aliquid adversum nos habet, reconciliari.* Cum ergo jam tempus accedat, ultimum sacrificium, hoc est, vitam meam Deo immolandi, credidi, necessitatem mihi præcipue incumbere, placandi animum Majestatis Vestræ, quam ab aliquo jam tempore, ob ea, quæ circa Regaliam contigere, offensam mihi aversamque experior; tamen possum Majestati Vestræ asseverare, me semper eo sensu, animoque fuisse, quæ fidelissimum subditum decet; quantumvis Regaliam quod attinet, officii ac dignitatis meæ ratio eo impulerit, ut cogerer

„ali-

Sæc. XVII. „aliqua facere, voluntati, ac manda
 A. C. 1677. „tis Majestatis Vestræ minus, quam
 „cuperem accepta, & tamen idipsum
 „per literas meas ausus sum eidem si-
 „gnificare, idque ea libertate, quæ Epi-
 „scopos decet, sacrorum jurium depo-
 „sitarios: ut nunc quoque in hoc vite
 „mortisque meæ confinio Majestati Ve-
 „stræ profitear, me nihil aliud egisse,
 „quam quod crederem, Conscientiæ ac
 „officio meo deberi; idque unicum esse
 „dolori meo solatium, in quo spero
 „Deum non esse mihi eam indignatio-
 „nem adscripturum, quam in pectore
 „Majestatis Vestræ dolens mærensque
 „experior; nec ideo tamen has ultimas
 „obligationis meæ partes explere om-
 „mittam, simulque hanc ultimam
 „Majestate Vestra gratiam expetere,
 „dignetur tribus illis ex familia mea
 „Ecclesiasticis personis, ejusque ma-
 „dato proscriptis veniam clementer im-
 „pertiri, quippe nullius culpæ reis,
 „quam quod Episcopi, legitimi superio-
 „ris sui, quemque divinæ voluntatis
 „interpretem agnoscebant, præceptis
 „obediverint: Non diffido, si modo
 „Majestati Vestræ placuerit id secum
 „reputare, veniam merituos ac præ-
 „sentibus angustiis, quibus conflictan-
 „tur, ereptum iri. Impleat Deus Ma-
 „jestatem Vestram cælestibus suis bene-
 „ficiis

„ficiis, eamque ad amissim divini sui æc. XVII.
 „cordis ac voluntatis Regem efficiat. „ A. C. 1677.

§. LXVI.

Nicolaus Pavillonius Alectensis Episcopus vita fundus.

His Episcopi literis Ludovicus Rex ad La Croix du
 miserationem permotus, quorum- Maim. Bibl.
 dam adulatorum, qui Episcopum ad Franc.
 revocandum suum mandatum exilio, San. Marti.
 ac temporalium bonorum jactura adigi Gall. Christ.
 suaserunt, consiliis nullo pacto ac-
 quiescere voluit, potius Telleri, ejus-
 que Filii Rhemensis Archiepiscopi mo-
 nita secutus, qui Regi Authores erant,
 ut senio ac virtutibus venerando huic
 Antistiti vitæ suæ finem in tranquilla
 pace indulgere velit. Enimvero hic
 die octava Decembris anno ætatis
 suæ octogesimo pie in Domino obiit:
 Præsul erat morum probitate, vigilan-
 tia, prudentia, religionis zelo, doctri-
 na, rerum usu & experientia longe præ-
 stantissimus, tamque sinceræ, puræque
 mentis, ut Clero suo disciplinæ, &
 gregi virtutis simulacrum esset, incer-
 tumque relinqueret, an eruditione,
 vel sanctitate emineret: Præter pluri-
 mos, quos suo exemplo, ac sermoni-
 bus Divina sancti Spiritus unctione
 plenis e vitiorum cæno ad sanctioris
 vitæ